

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Publii Terentii Comoediae sex

Terentius Afer, Publius

Francofordiae ad Oderam, 1606

Prologvs

[urn:nbn:de:bsz:31-139622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139622)

PROLOGVS.

SENARI.

Siquisquam est, qui placere se studeat bonis
 Quam plurimis, & minime multos ledere:
 In his Poeta hic nomen profitetur suum.
 Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
 Existimat esse, sic existimet: sciat,
 Responsum, non dictum esse, quale sit prius
 Qui bene vertendo, & eas describendo male.
 Ex Graecis bonis, Latinas fecit non bonas:
 Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
 Atq; in thesauro, scripsit causam dicere
 Prius, vnde petitur, aurum quare sit suum,
 Quam illic, qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,
 Aut vnde in patriam nonnumquam peruenierit,
 Debinc, ne frustretur ipse se, aut sic cogitet,
 Defunctus iam sum, nihil est quod dicat mihi:
 Is ne erret, monco, & desinat laceessere:
 Habeo alia multa, quae nunc condenabuntur,
 Quae proferentur post, si perget ledere
 Ita, vt facere instituit nunc quam acturi sumus
 Menandri Eunuchum, postquam **A D I L E S** eme-
 runt,

Propositi,
 in qua praefatur se pro
 uocatum re-
 spondere.

Ita liberat
 se suspicio-
 ne petulantia.

Alius a the-
 sauris Puto
 scriptum fu-
 isse a the-
 sauris, Illic
 pro ille, vt
 alias saepe.
 Alias, is sit
 Alia defen-
 sio.

Perse

PROLOGVS.

Perfecit, sibi vt insficiundi esset copia,
 Magistratus cum ibi adesset, accepta est agi.
 Exclamat, furem, non poetam fabulam
 Dedisse, & nihil dedisse verborum tamen:
 Colacem esse Neui, & Plauti veterem fabulam,
 Parasiti personam inde oblatam, & militis,
 Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
 Poeta non qui furium facere sinderit.
 Id ita esse, vos iam iudicare poteritis.
 Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax.
 Et miles gloriosus: eas se non negat
 Personas transfuisse in Eunucum suam

Negat hanc Et graeca: sed eas fabulas factas prius
 fabulã prius Latinas scisse sese, id verò peraeget.
 Latinã fa- Quidã si personis isdem vti, alijs non licet:
 ctum esse. Qui magis licet currentes seruos scribere,
 Bonas matronas facere, meretrices malas,
 Parasitum edacem, gloriosum militem,
 Puerum supponi, falli per seruum senem,
 Omnes sibi Amare, odisse, suspicari denig.
 dei sunt, ex NVLLVM EST iam dictum, quod non dictum
 cepto vlti- sit prius.
 mo. Quare aequum est vos cognoscere atq; ignoscere,
 Quae veteres fallitarunt, si faciunt noni.
 Date operam, & cum silentio animaduertite,
 Vt pernoscat, quid sibi Eunuchus velit.

actm